



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

Pars 1. Quæ vitia Sodalibus fugienda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

EXERCITIUM
POSTERIORIS PAR-
TIS REGVLAE
VIII.

De vitijs à quibus declinare Soda-
les; de virtutibus quibus lucere
debent, de misericordiæ, & cari-
tatis officijs erga pauperes, &
grosq; potissimùm, & vita fun-
ctos exercendis.

PARS PRIMA.

*Quæ vitia declinare Sodales, adolescen-
tesq; potissimè debeant.*

¶ Otium.

Eccl 33.

Lib. 2. de

Consider.

Benedictus

in Reg. 9.

PRIMUM est Otium, atque Inertia.
Multam enim malitiam, ait Scriptu-
ra, docuit Otiositas: quam ideò B. Ber-
nard. matrem nugarum, & nouercam vir-
tutum; alij fomitem vitiorum, rubiginem
mentium, luem pestiferam, morbū ierusa-
lem

lem, alij puluinar diaboli appellant: vnde *S. Chrysost.*
celebre erat apud SS. Anachoretas Aegypti
verbum, laborantem ab vno, otiosum
ab infinitis oppugnari dæmonibus. Huic
tanto vitio occurrendum honesta & per- *Cassian. lib.*
petua occupatione. Vnde præclare B. Hiero- *de spiritu a-*
onymus: Semper operis aliquid facito, vt *cedia, c. 23*
te diabolus inueniat occupatum; nō enim
facile capitur à diabolo, qui honesto vacat
exercitio.

Huic affine est Superbiæ peccatum. *2. Superbia.*
Initium enim omnis peccati est superbia,
ait Spiritus sanctus. Primò enim mentem
à Deo auocat, fuitque primum peccatum;
tam in cælo, quàm in terra, estque peccato-
rum omnium periculosissimum. Cetera
enim vitia, ait B. August. in malefactis val-
lent, sola superbia etiam in rectè factis est
cauenda. Huius filiae sunt præsumptio, hy-
pocrisis, pertinacia, iactantia, ingratitude,
aliorum contemptus, inobedientia, ambi-
tio, curiositas in vestibus maximè, & rebus
alijs, quas omnes, & singulas filias vnà cū
earum matre supra omnia detestatur, &
punit Deus; ita vt solis superbis, tanquam
capitalibus & vnicis suis hostibus peculia-
ri modo, resistere, hoc est obniti, persequi,
dispergere, ac funditus euertere dicatur.

Ex otio & superbia, tanquam impurif- *3. Libertas.*
simis lacunis, adolescētium pestis summa
nasci-

nascitur libertas, siue licentia pro arbitrato viuendi faciendiq; oīa. Cuius impurissime luis studio stolidi, amēres, cæciq; adolescentēs maturē literas & magistros, parentum oculos, monita, imperia; amicorum consilia, decretaq; maiorum omnium negligunt, rident nonnunquam, & exhibēt, omneque obedientiæ, & subiectionis iugum excutiunt, vt (quod falò credunt & iactitant) sui iuris sint, exleges, liberi, & potestatis suæ. At verò, tantum abest, vt libertate aliqua gaudeant, vt dirissimam potius & vitiorum, & cupiditatum, & mulierum, & dæmonum seruiant seruitutem.

4. *Gula.*

Ex superioribus monstris prodit gula, crapula, ebrietas, vitium ventris, & gutturis, quod castitatem prodigit, nutrit illecebram, & innumera vitiorum agmina ad animæ conflictum producit, vt docet B. Greg. & quotidiana experientia.

5. *Lasciua.*

Gulam affectatur lasciua, & omnis turpitudine. *Semper enim saturitati iuncta est lasciua*, ait B. Hieronymus. Ad lasciuiam pertinent nō modò inordinatus omnis libidinosa voluptatis sensus & actus, sed & quæcunque ad eam viam sternere solent; saltationes inquam, ludi intemperates, ioci impudentes, adspectus turpes, gestus impudici, impura colloquia, lectio amatoria, cantiones sordida, incessus mollis, effemina.

minata vestium, & capillaturæ compositio, comendi corporis cura superflua, oculorum leuitas, & id genus alia, quæ tanquā libidinum faces, diabolique ad omnem turpitudinem arma, & omnis virtutis, bonorumque morum propinqua excidia, ab veris sodalibus, castisq; adolescentibus omnino fugienda sunt.

Consequuntur superiora flagitia, rixæ, contentiones, inimicitiae, pugnae, homicidia, & aliae eiusmodi Christianæ caritatis pestes. Si quis contentiosus est inter vos, ait B. Paulus, nos talem consuetudinē non habemus, neque Ecclesia Dei. Seruum enim Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Si hoc B. Apostolus de contentioso dicit, quid de ijs dicet, qui ad ipsas pugnas, ad cædes, ad homicidia prouolant? qui inimicitias capitales suscitant, fouentque?

His finitimæ sunt calumniæ, contumeliæ, imprecationes, maledicta, irrisiones, detractioes, & id genus portentosa nequitie, ac vera opera diaboli, quæ qui agunt, regnum Dei non consequuntur.

Addi his debent cætera linguæ vitia; mendacia, iuramenta, periuria, blasphemiae, adulationes, doli & fraudes, quibus ficto sermone proximū circumuenimus, quæ omnia ex superioribus, tanquam

6 Contentiones, &c.

7 Imprecationes, Maledicta, contumeliæ, detractioes, etc.

8 Mendacia, iuramenta, blasphemiae

putidissimis fontibus, aut sentinis verius proficiscuntur: A quibus omnibus, ceu certissimis veræ pietatis naufragijs abstinentum est semper Sodalibus; quod ea sensim excipere soleant obliuio Dei & salutis propriæ, ac tandem contemptus Ecclesiæ ipsiusq; Dei, induratio sui ipsius, Infernus deinde, gehennaq; æterna.

PARS SECVNDA.

*Contra capitalia, & cetera iam allata
insigne antydotum.*

VIdetur quidam deuotus contra hæc vitia & peccata, sequentes sententias & decreta, quasi antydotum quædam expendere, & vsurpare solebat.

Contra Superbiam.

Vbi cognoui Deum altissimum pro me extremè humiliatum, nunquam adeò me deprimere potuit homo, quin maiori me vilipensione dignum iudicarem.

Contra Auaritiam.

Vbi cognoui animam meam nulla re posse satari, præterquam solo Deo meo; miratus sum, si aliud præter ipsum quærere debeam.

Contra Luxuriam.

Vbi cognoui corporis mei nobilitatem, & quòd mihi conceditur purissimum corpus Christi sumere in os meum, digni duxi omnibus modis laborare pro perpetua cordis, & corporis puritate.

Nulla